

HEINRICVS BRABANTIAE DOMINICANVS.



HEinricus in Brabātia natus eruditio[n]e & mul[tarum linguarū cognitione nulli suo tempore secundus extitit. Hic ut commodius literis uacare posset, Dominicanorum ordinem ingressus est. In eo Philosophiæ & Theologiæ operam dedit, & quæstiones difficilimas sua interpretatione explicauit. Id cum S. Thomas de Aquino intellexisset, petijt ut Aristotelis omnes libros in Latinam linguam ad uerbum transferret. Albertus enim ueterre translatione usus fuerat, quam Boethianam uocarunt. Itaq[ue] Heinricus eum laborem aggressus, egregiè (quantum eo tempore fieri potuit) absolu[er]it, atq[ue] apud omnes doctos in magna existimatio[n]e fuit 1286. Auent.lib.7. Boiorum Annalium.